

## Codice Diplomatico Longobardo I, 55

+ In nomine domini Dei saluatoris nostris Iesu Christi. regnante dominis nostris uiri excellentissimis regibus, anno regni eorum domno Liutprando anno uicensimo quarto et domno Hilprando anno primo, mensis martio, per indictione quarta; feliciter. Placuit igitur adque bona boluntatem conuenit inter Faichisi seo Pasquale fratris germani filii quondam Beninato, qui fuet aldio uestrum Sancti Saturnini, nec non et Mauru uir uenerabilis presbiter et abbas monasterii uel concta congregatione Sancti Saturnini, una cum bolumtate et consensu Gausualdo, Oportuno et Perideo conditori de ipso munasterio; tu predictu Pasquale et Faichisi in casa Sancti Saturnini resedire diueas in Diano casa uel in omni res patris nostro quondam Ueninato, qua manifestun est quod de liuera mater nati sumus, et de istato nostro nulla condicione bouis rediuibamus, nisi tantum bouis de ipsa casa uel omni res patris nostro uuarcinisca facere diueamus, sicut bouis pater nostrun quondam Beninato usum facere fuet, ad pratum sicandi, stabulum faciendum in uia, ubi nouis opum fueri, sicut unum de uuarcini uestri, nam nulla alia superpositam nouis inponatur, nisi sicut iam dicto quondam Ueninato pater nostrum usum facere fuet. et, sicut minime credinus, si nos Pasquale et Faichisi uel nostros heredes de ipsa casa exire uoluerimus, aut ipsas uuarcinia facere minime uoluerimus, exeamus bacui et inanis; et insuper conpunamus pine nomini auri solidos uigenti. et si nos Maus presbiter et abbas uel posteris nostris bouis aliqua superinpunere uoluerimus, aud de ipsa casa bos minare boluerimus, sine uestra culpa, exeatis cum omnem res mouilem, et conpuna bouis auri solidos uigenti. Unde hec uiro duas cartula pari tinore Tachinolfu acolitum ambas partis conscribere rogauimus. Actum Tuscana, indictione suprascripta; feliciter. Signum + manus Pasqualii uiri honesti promissori, qui hanc cartula fieri rogauit. Signum + manus Faichisi germani eius, qui hanc cartula promissionis fieri rogauit. Signum + manus Astolfo uiri deuoti testis. Signum + manus Maurutzolo filiu quondam Massoni testis. Signum + manus Ermiteo uiri deuoti testis. Signum + manus Grisoni uiri deuoti testis. + Ego Tachinolfu acolitus scriptor, quam pos tradita conpliui et dedit.